



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Hvnfridvs Episcopvs Ipris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

est Eyhamensis. Erat autem Eyham opidum & castrum munitissimum & sedes principalis Ducatus regni Lotharii, qui Dux Godefridus duxit Matildem filiam Hermanniducis Saxonum relictam Balduini Comitis: De qua idem Godefridus genuit tres filios Godefridum, Godzilonem & Herzcelonem. Hezcelo Comes post mortem ducis Castrum Eyham cum Prouincia Bracbatensi suscepit, & diutenuit. Hic eum genuit filium nomine Herimannu & filiam nomine Bertildem, qui dum adhuc iuuenes essent defuncti sunt, & in Ecclesia apud Felsicam sepulti: qui postea multis miraculorum signis claruerunt, sed à Virdunensibus Monachis furtiuè ablati sunt. Cæterum infra Castrum Eyham idem Godefridus cum Matilde Monasterium in honore S. Mariæ deputatum Canonis fundavit. Extra vero Herimannus filius (verba stant Chronographi Cameracensis) duo Monasteria struxit, vnum S. Laurentio, alterum S. Salvatori. Citat hæc Lindanus in suis de Teneramonda eiusque territorio Commentarijs Antuerpiæ apud Hieronymum Verduſum editis.

H V N E R I D V S . E P I S C O P V S .

Ipris.

S. Mari. PRIMUM egit Monachum Frumiæ in Arduenna, postea S. Floquino in Episcopatu Morinensi seu Teruanensi successit, & vna Abbas Bertinianus fuit: à Normannis fede sua pulsus, Nicolatum I. Papam consuluit, cui respondit cap. Sciscitaris, cauſa 7. quæ. 1. Obiit circa annum 871. vt ex Ioannis Iperij Chronicō Bertiniensi cap. 16. datur intelligi. Terouana anno 1553. funditus exercita corpora SS. Hunfridi & Maximi Episcoporum Ipris in

in Flandria cum parte dotis Episcopalis, ac prouentuum Ecclesiasticorum, sunt traslata: vbi' hodieque communiferetro in lusa adseruantur. Ita Miræus in Fastis. Vide & eadem die Molanum, & Meyerum ad annum Christi 868.

JOANNES AGNVS.
Gandavi.

Dominicus Gandensis cum ob grauissimam tem- 1. Aug.
pestatem nemo ex nautis se mari committere aude-
ret, Deo cui mare & venti obediunt cum fiducia inuoca-
to vestem suam superiorem quam cappam vocant super
aquas extendit & signo crucis communitus, veluti super
solidam terram stetit perque medios fluctus vnâ cum so-
cio suo ex Flandria traiecit in Zutbeuelandiam Insulam
ad pagum Elfdyck Gouzæ opido vicinum. Similia legun-
tur de S. Mauro D. Benedicti discipulo, & de SS. Hya-
cintho & Raimundo Dominicanis. De alijs insuper l. 2.
apum cap. 29. Cantipratanus agit. Fuit autem Ioannes
Agnus, vir omni, vt ait Choquetius virtutum laude ex-
cellens, qui que vitæ innocentiam morumque puritatem
ita coluit, vt reipsa sanè nominis sui vim & significatio-
nem magno pietatis studio rectè sit interpretatus & il-
lum ipsum agnum scelerum expiatorem ob oculos men-
temque assidue habuerit, quem beatissimus Baptista &
venturum nunciauit & adesse monstrauit: raram eius in
Deum confidentiam incredibilem prædicandi Euangelij
ac fidelium salutis promouendæ affectum, summamq; ad
superiorem iussa capessenda animi promptitudinem do-
cent ea quæ ex monumentis Cœnobij Gandensis ad me
missa sunt. Ita Choquetius. Obiit vero Ioannes 1313: mi-
raculis in vita & post eam clarus.

Q 2

IOAN-